

ris uoluptates: quibus & corpus uitaretur & anima. **E**t quia didicerat ei cum immortalis deo esse sermonem: qui diuinis orationibus studeret quicquid subripere poterat a domesticis negocijs illisq; necessarijs: id omne oratio usurpabat. **P**raestabat formae bonitate cunctas mulieres **T**holentinas: quae ipsa nulla fouebat arte: sed ea grauitate pudoreq; leniebat: ut uenerabilis omnibus redderetur. **F**amiliam suam bene morata ut redderet: modestissimis suis moribus curabat esse exemplo. **C**elebrationi hostiae christianae ut q̄ deuotissime interesset: ne unum quidem diem praetermisit unq̄. **L**iberos suos castigatione magis q̄ uerberibus instituebat: castigationem inquam dici humanitatis: uerba iracundiae: quae a furore alio nihilo distare q̄ tempore iusticiam non legibus sed bono & aequo metiebatur. **C**onstantiam in sexu muliebri apprimè laudabat. **L**euitatem non oderat modo sed etiam execrabatur. **F**ortitudinem probabat eam: cui nihil admixtum esset excandescenciae. **E**t ut prudentiae operibus gaudebat: ita ab omni mala malicia perinde quasi a teterrima quadam peste auertebatur. **S**omni erat paucissimi: cumq; uigilaret omnis eius cogitatio erat de animae immortalitate ac futura uita. **P**raeterea per noctem cogitabat quid in die foret actura. **P**arsimoniam domesticis in rebus amplectebatur: **I**n diuinis uero liberalitatem ac munificentiam. **I**eunijs quibus supra naturam muliebrem utebatur: reddi se dicebat & ingenio perspicaciorē: & membris ualidiorem. **S**ed quid haec tibi & alia plura commemorare: quorum non es ignarus? **N**empe ut memineris ex talibus uita institutis laudatissimisq; operibus nihil mali **A**lphinae matri euenire potuisse: sed iam ea contigisse bona: quae maxime optabat cum esset in uita. **F**ruitur enim aeterna beatitudine: breuiq; futurum sperat ut illud possideat habitaculum quod angelica custodia sibi seruatum nouit. **D**eum omnipotentem pro te orare non desinit: ut hanc uita peregrinationem ita transigas: ut secum una in caelesti patria sis futurus. **H**aec si tecum ipse cogitabis: iudicabis profecto non modo tibi non esse dolendum sed latandum potius: quod ea sis matre natus: cuius sanctissimis meritis in caelestem sis gloriam peruerturus. **V**ale ex urbe: quindecimo **K**alendas **M**artias: **M**illesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Francisci **P**hilelfi **O**ratio funebris pro magnifico ducali senatore & clarissimo equite aurato **P**hilippo **B**orrbomaeo comite **H**aronæ.

FRANCISCI PHILELFI

PEr difficile mihi profecto & apprime laboriosum oblatum esse dicēdi argumētum intelligo uiri excellētissimi: qui cum ipse cōsolandus sim: uos cōsolaturus aduenerim. **Q**uid em̄ **Philippus bor** nō admodū doleam atq; ingemiscam **Philippi huius Borrhomai** splēdidissimi uiri obitū: in cuius uita permagna erat bonis oibus spes reposita: **Q**uare cum publicū & cōmune quoddam perfugiū atq; præsidiū e medio uideā esse sublatū: iure mihi dolēdū possim existimare: **I**taq; merito libet mihi exclamare: **O**h durā & ineuitabilem naturā humanā necessitatē: cui nulla nostra remedia aduersant: **O**h inexorabilē & immitem hominū sortem: quā tum opprimis maxime: cum nullas abs te putamus impendere insidias. **S**ed quo feror demēs: **L**euaturus accersor nō exasperaturus acerbitatē crudissimi uulneris. **V**inciat igitur obstringatq; om̄is animi dolor rationis custodia: ut quē deniq; tempus tollet om̄ino: eum iam hic sedet prudētia & cōsiliū. **N**am animus perturbat⁹ ita sese abhorret: ut rectē iudicare nihil queat. **E**t qm̄ uulgo putant nō esse humanitatis solum: sed etiam iusticiā lugere plurimū eius mortē: quem plurimū dilexerimus: quā adduci possint istiusmodi mōroris causas: uidef dicēdum paucis. **N**amq; hāc diligētius cogitanti mihi offerunt quinq; numero. **A**ut em̄ dolemus nostra causa: quod existimemus ex alterius morte magnis nos quibusdam priuari commodis: aut illius causa qm̄ eum opinemur uitā huius suauitatem amittere: aut qā arbitremur mortē sine acerbissimo dolore accedere posse nemini: aut qd̄ uereamur fore: ut animus ipse intereat una cum corpore: aut propter futuros apud inferos cruciat⁹. **E**t dole re quidem nostra causa hominis est sese amātis: non alter⁹: ob eāq; rē neq; magnanimi: neq; liberalis: quin potius ignaui prorsus nulliusq; uirtutis. **I**n morte autē q dolor inesse potest quā simillima somno est adeo: ut **D**iogenes ille **C**yon solutus in somnū anteaq; morerē ueluti iocabundus dixerit fratre sororem anticipari. **N**am eadē uia atq; ui & mortē & somnū fieri: acutissimi philosophi tradidere. **S**ed ut somno ita etiam morte ne sentiētēs quidē corripimur. **T**ertia causa **Q**ui uero censent animos simul cum corporibus interire: hi sane cū maxime uidentur uiuere: mortui sunt: nō ea scilicet morte qua huius uitā cursum munusq; explemus: neq; ea qua peccato morimur & deo uiuimus: ut inquit **A**postolus: **C**onsepulti em̄ sumus cum illo per baptisimū in mortem: sed ea potius quā est peccati: de qua etiam scriptū legitur: **A**nima quā peccat ipsa moriet⁹. **F**uturi aut apud inferos cruciat⁹ illis horrēdi sunt q semetipsos cū uiuerēt hāc mortalem uitam: per om̄e flagitiū immanitatiscq; genus q; foedissime

ORATIO FVNEBRIS V

uoluntariū: non **Philippo** **Borromæo** cuius uniuersam uitam plenam fuisse honestatis & officij nostis omnes. Quis enim uno **Philippo** cōtinētiōr: quis modestior: quis cōstantior: quis in omni re moderatiōr: Nam & humanitate & beneficētia semper quāta fuerit: **Humanitas** nemo est quē lateat. Et nō modo nemini unq̃ iniuriam intulit: sed **Beneficētia** ne cuiq̃ inferret omni ope operaq̃ curabat. **Religionis** eius & pietatis studiū ne parietes quidem ipsi ignorant. **Religio** Intelligebat enim homo prudentissimus nō esse in hac mūdāna uita patriā nostrā sed in cælo. Et q̃ diu hic peregrinamur oportere nos meminisse illi patriæ: ubi nostra māsio futura sit sempiterna. Quare ut ab omni cōtagiōe peccati & maleficio abstinebat: ita die noctuq̃ aliud nihil neq̃ agebat: neq̃ cogitabat q̃ prostratis & cōculcatis turbulentissimis animi motibus: ad illius se uoluntatē componeret atq̃ confirmaret: ad cuius imaginē & similitudinē factus esset. Nullis inq̃ nunc supplicijs est obiectus innocentissimus & optimus uir **Philippus Borromæus**: sed illis frui præmijs quæ in cælo his proposita sunt: quod in huius uitæ curriculo se exercent q̃ minimā sibi societatem cum corporibus esse sinūt: Nam quā mihi fabulē quispiam uitæ uatāt: Quæ nam est in hac procellosa uita suauitas: quæ tranquillitas: quæ requies ulla: Quod si quā tandem suauitatē deprauata hominū ratio sibi finxerit: nō tam eius accessio ulla optanda fuerat in **Philippo**: q̃ metuēda secessio. Implerat iam quintū ætatis & quadagesimū annū ualitudine prospera: & eadem integritate sensuū: qua ab ineunte adolescētia semper fuit. Bona uero externa quæ animo bene instituto erant maiora alia expectāda: Natus est **Vitaliano** patre uiro in omni genere laudis probatissimo: quo uno illustrissim⁹ ille & sapiētissimus dux **Philipp⁹** uix habuit apud se quicquam aut charius aut splendidius. **Vitalianorū** autem originē altius si quis repetere uoluerit: inueniet eam manare a **Vitaliano** antiquissimo totius **Venetia** rege: a quo etiam ipso fluxisse compertum est sanctissimā uirginem hanc **Iustinā**: cuius sacratissimum nomē per tot religiosissima monasteria in uniuerso prope orbis terrarum celebratur. Sed ne curiosius q̃ par est: uetera consēctemur: & ut reliquas etiā affinitates: propinquitates: necessitudines: quæ sunt fere innumerabiles: breuitatis gratia prætereamus: reliquit ut omnes scitis nobilissimus uir **Philippus Borromæus** filias tris easq̃ pudicissimas: filios uero duos. Nonne ex illarū honestissimis matrimonijs tris sibi clarissimas potentissimasq̃ familias perpetuo affinitatē ac beniuolentiæ uinculo cōiunxit: **Ruscones Comites** **Vicecomites Mediolani**: **Parmæ** autē **Rufos**: Nam ex huius **Ioānis Mediolanū**

FRANCISCI PHILELFI

cōiungio ornatissimi equitis aurati: in quo uno patritæ auitaq; uir-
tutes mirifice resurgunt: **M**agnificos carpi dominos habebat affi-
nis. **D**e **V**italiano autem ingēti spe puero quem hic præsentem lu-
gubrēq; uidetis: nō dum per ætatem ei licuerat aliam curam cape-
re: q̄ id præstare ut & fratris & sui q̄ simillimus foret. **Q**uid em̄ lo-
quar de patriæ splendore: qui qualis quātusq; sit: satis superq; pæ-
ter: cū de ciuius maioribus sum locutus: **N**am siue **P**atauinū **P**hilip-
Patauiū pum dixerimus: siue **M**ediolanēsem: patria natus est & uetere & in
Antenor tro primis inclyta. **N**am **P**atauiū **T**roianus **A**ntenor cōdidit: qui quic-
ianus quid iacet inter alpes & sinū **H**adriaticū: magna sua cū laude subiū
Alpes gauit. **M**ediolanū uero ab **H**eduis **G**allisq; transalpinis conditum
Mediolanū esse cōstat: qd̄ ipsum nomē accepit ab urbe prisca illa & nobili **M**e-
Hedui diolano quæ in **X**anthonib⁹ adhuc extat. **Q**uanti aut̄ **M**ediolanē-
Galli sem hanc urbem fieri oporteat: ex eius rebus tam multis & tā præ-
Xanthonēs claris cū supiorib⁹ sæculis: tū nostra etiā tēpestare assidue gestis nō
obscurè iudicari potest: accedūt opes & amplissimæ facultates: qb⁹
cæteris **M**ediolanēsibus om̄ibus post ipsos principes superior **P**hi-
Angleria lippus erat atq; habebatur. **D**ominabatur em̄ nō **A**ngleria & **H**a-
Harona ronæ solum: cui⁹ erat **C**omes: sed alijs quoq; nōnullis municipijs
Municipia & castellis. **Q**uid em̄ meminero: uel militiæ: uel senatorij ordinis
Castella insignia: quibus a diuo principe nostro propter eximias eius illu-
strisq; uirtutes ornatus est. **Q**uero charus esset & pericūdus uni-
Pompa uersis ciuib⁹ atq; peregrinis: ex præsentis funeris pompa licet anim-
Honos aduertere. **Q**uod si duo maxime in om̄i republica expetunt: honos &
Vtilitas utilitas: in quibus ipsis permagnā positam uoluptatē rentur: quid
Voluptas uni **P**hilippo defuit in tantis uel suis uel fortunæ cōmodis ad uitæ
Philippus suauitatē. **T**empestiue igitur excessit ex hac uita turbulentissima: in
eam profecturus uitā: quæ nulli est motui: nulli mutabilitati subie-
cta. **A**n fortasse nescimus quo diutius uiuitur: eo magis peccatur:
Mors itaq; optāda profecto est ea mors: cuius interuētū sit ne culpa red-
Aristippus cy- datur quotidie cumulator. **Q**uod si **A**ristippus uoluptari⁹ ille **C**y-
renaicus renaicus: quo uitæ cōsuleret: quicquid nummoz ferebat secum ab-
ieciisse fertur: nos quo uitam possideamus æternam: miserabilē ui-
tam hanc atq; æruminosam: quæ & caduca est & lubrica & incerta:
Paulus ap̄lus tanti ducendam arbitrabimur. **C**upio (inquit **P**aulus) dissolui: &
Christus esse cum christo. **Q**uis uero cū christo futurus sit: ubi se minus eius
imitatorē gesserit. **Q**uod si ille nostra causā mori uoluit: nos ppter
nos ipsos dubitem⁹ mori. **N**ec em̄ ea mors mala esse ullo pacto po-
test: quæ ubi aduenerit: om̄i malo nos liberat. **A**t dixerit quispiā:
quod uitā tollit: nō malum esse non potest. **N**ec illud rursus in bo-

nis nō est habendū per qd̄ uitā adipiscimur sempiternā. **N**isi boni plurimum esset in morte: nunq̄ dixisset sapientissimus ille **David**: **P**reciosa in conspectu domini mors sanctorū eius. **Q**uod si beneficio mortis terrestri hac om̄i mortalitate perturbationibusq̄ exuti immortalitatē simul cum tranquillitate induimur: si ne resurgere quidem licet: nisi animi a corpore separatio antecesserit: nolimus per deum immortalem: nolimus mortem in malis ducere: quæ aut est optima: aut optimorū bonorum causa. **I**taq̄ ponendæ sunt la- chrymæ: reprimēdi gemitus: & animi dolor sedandus penitus. **N**ā **Dolor** cum om̄is perturbatio grauis sit: omniū tamen molestissima est & perniciosissima ægrotudo: cui⁹ ui atq̄ impetu sæpe factum legim⁹: **Ægrotudo** audiui⁹: uidimus: alios in ægotationes incurabilis incidisse: alios furore insaniaq̄ correptos: alios sibi manum cōscidisse. **E**t ne prolixius nostra protrahatur oratio: prudentissimus ille mihi uide ri debet: qui & naturæ legi non aduersatur: & æquo animo fert ne cessitatem.

Hæc quidē oratio habita est in templo diui **Francisci**: decimotertio **Kalēdas** septembris: **A**nno a natali christiano: **M**illesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Francisci Philelfi Oratio funebris pro magnifico equite aurato ducaliq̄ senatore Stephano Frederico Tode/ schino.
VI

Quamq̄ non obscure futurum animaduertam illustres uiri **Stephanus fre** & amplissimi patres: ut mea hæc omnis de **Stephani Fre/ dericus** **Todeschini** obitu: hominis sane & præstantis & magni tumultuaria consolatio: nō tam persuasiois apud uos locum: q̄ impetudinis consequatur: uolui tamē in hac uāhemētī ac prope communi omniū uestrum acerbitate pertinacius eorum uoluntati refragari: qui apud me & auctoritate & gratia ualere plurimū & possunt & debent. **N**am si alia etiam omnia quæ huic tanto tam pio: tam singulari: tam eximio muneri pernecessaria quib⁹ nō tēmere a dicendo non deterreor. **Q**uo enim pacto aut ausit aut speret quispiam consolari alios: qui uel in primis cōsolandus ipse sit: **N**on enim possum nō dolere & grauiter & permoleste ferre eius uiri obitum: cui⁹ uita tum nostro diuo principi **Philippo Mariæ An/ glo** suauissimis suis moribus periucūda: tum bonis om̄ibus grata: